

Incipit Ordo Virtutum - Prologue

O vos homines, qui transit in alto,
attendite, et videte, quid sit virtus,
et quomodo illa prae paravit
caelestia in hominibus.

Patriarches et Prophètes

Qui sunt hi, qui ut nubes?

Virtutes

O antiqui sancti, quid admiramini in nobis?
Verbum dei clarescit in forma hominis, et
ideo fulgemus cum illo, edificantes membra
sui pulchri corporis.

Patriarche et prophete

Nos sumus radices et vos rami, fructus
viventis oculi, et nos umbra in illo fuimus.

Querela Animarum in carne positarum

O nos peregrine sumus. Quid fecimus, ad
peccata deviantes? Filie Regis esse
debuimus, sed in umbram peccatorum
cecidimus. O vivens sol, porta nos in
humeris tuis in iustissimam hereditatem
quam in Adam perdidimus! O rex regum, in
tuo prelio pugnamus.

Felix Anima

O dulcis divinitas, et o suavis vita, in qua
perferam vestem preclaram, illud accipiens
quod perdidit in prima apparitione, ad te
suspiro, et omnes Virtutes invoco.

Virtutes

O felix Anima, et o dulcis creatura dei, que
edificata es in profunda altitudine sapientie
dei, multum amas.

Felix Anima

O libenter veniam ad vos ut prebeat michi
osculum cordis.

Virtutes

Nos debemus militare tecum, o filia regis.

Sed, gravata, Anima conqueritur

O gravis labor, et o durum pondus quod
habeo in vestro huius vite, quia nimis grave
michi est contra carnem pugnare.

Début : Ordo Virtutum — Prologue

Ô vous, les humains qui cheminez sur les hauteurs,
regardez, et contemplez ce qu'est la vertu :
comment elle a préparé le ciel au cœur de l'homme.

Patriarches et Prophètes

Qui sont ceux-ci, qui semblent comme des nuées ?

Les Vertus

Ô anciens saints, pourquoi nous admirez-vous ?
La Parole de Dieu s'éclaire en la forme d'un
homme, et ainsi nous brillons avec lui, édifiant les
membres de son beau corps.

Patriarches et Prophètes

Nous sommes les racines et vous les branches, fruit
de l'œil vivant, et nous avons été son ombre.

Lamentation des âmes incarnées :

Nous sommes étrangères ici ! Qu'avons-nous fait
pour nous égarer dans les royaumes du péché ?
Nous aurions dû être les filles du Roi, mais nous
sommes tombées dans l'ombre des péchés.
Soleil vivant, porte-nous sur tes épaules vers cet
héritage si juste que nous avons perdu en Adam !
Ô roi des rois, nous combattons dans ta bataille.

Âme heureuse

Ô douce divinité, ô douce vie, dans laquelle je
porterai une robe lumineuse, acceptant ce que j'ai
perdu lors de ma première formation - je t'implore
et invoque toutes les Vertus.

Vertus

Ô âme heureuse, ô douce créature de Dieu,
façonnée dans la grande hauteur de la sagesse
de Dieu, tu montres beaucoup d'amour.

Âme heureuse

Oh, laisse-moi venir librement à toi, afin que tu
puisses me donner le baiser de ton cœur !

Vertus

Nous devons lutter avec toi, ô fille royale.

L'âme se tourne vers la tristesse

Ô lourd fardeau, ô poids difficile que je porte dans
la robe de cette vie : il est trop lourd pour moi de
lutter contre mon corps.

Virtutes ad Animam illam

O Anima, voluntate dei constituta, et o felix instrumentum, quare tam flebilis es contra hoc quod deus contrivit in virginea natura? Tu debes in nobis superare diabolum.

Anima illa

Succurrite michi, adiuvando, ut possim stare!

Scientia Dei ad Animam illam

Vide quid illud sit quo es induta, filia salvationis et esto stabilis, et numquam cades.

Infelix, Anima

michi, non possum perficere hoc quod sum induta. Certe illud volo abicere!

Virtutes

O infelix conscientia, o misera Anima, quare abscondis faciem tuam coram creatore tuo?

Scientia Dei

Tu nescis, nec vides, nec sapis illum qui te constituit.

Anima illa

Deus creavit mundum: non facio illi iniuriam sed volo uti illo!

Strepitus Diaboli ad Animam illam

Fatue, fatue quid prodest tibi laborare?
Respice mundum, et amplectetur te magno honore.

Virtutes

O plangens vox est hec maximi doloris!
Ach,
ach, quedam mirabilis victoria in mirabili desiderio dei surrexit, in qua delectatio camis se latenter abscondit, heu, heu, ubi voluntas crimina nescivit et ubi desiderium hominis lasciviam fugit. Luge, luge ergo in his, Innocentia, que in pudore bono integritatem non amisisti, et que avariciam gutturis antiqui serpentis ibi non devorasti.

Diabolus

Que est hec Potestas, quod nullus sit preter deum? Ego autem dico, qui voluerit me et voluntatem meam sequi, dabo illi omnia. Tu vero, tuis sequacibus nichil habes quod dare possis, quia etiam vos omnes nescitis quid sitis.

Les vertus à l'âme

Âme, toi qui as reçu ta place par la volonté de Dieu, toi, instrument de félicité, pourquoi es-tu si larmoyante face au Dieu maléfique écrasé dans un être virginal ? Tu dois vaincre le diable parmi nous.

Âme

Soutiens-moi, aide-moi à rester ferme !

Connaissance de Dieu à l'âme

Regarde la robe que tu portes, fille du salut : sois inébranlable et tu ne tomberas jamais.

Âme, tristement

C'est moi, je ne peux pas perfectionner cette robe que j'ai enfilée ! En effet, je veux m'en débarrasser !

Vertus

État d'esprit malheureux, ô pauvre Âme, pourquoi caches-tu ton visage en présence de ton Créateur ?

Connaissance de Dieu

Tu ne connais pas, tu ne vois pas, tu ne goûtes pas Celui qui t'a mise ici.

Âme

Dieu a créé le monde : je ne lui fais aucun tort, je veux seulement en profiter !

Le Diable, criant à l'Âme

À quoi cela te sert-il de peiner bêtement ? Regarde le monde : il t'accueillera avec beaucoup d'honneur.

Vertus

N'est-ce pas là la voix plaintive de la plus grande douleur ? Ah, une certaine victoire merveilleuse s'élevait déjà dans cette Âme, dans son merveilleux désir de Dieu, dans lequel un plaisir sensuel était secrètement caché, hélas, là où auparavant la volonté ne connaissait aucune culpabilité et où le désir fuyait la débauche de l'homme. Pleure pour cela, pleure, Innocence, toi qui n'as perdu aucune perfection dans ta juste modestie, qui n'as pas dévoré avidement, avec le ventre du serpent d'autrefois.

Diable

Qu'est-ce que ce Pouvoir - comme s'il n'y avait personne d'autre que Dieu ? Je dis que quiconque veut me suivre et faire ma volonté, je lui donnerai tout. Quant à toi, Humilité, tu n'as rien à donner à tes disciples : aucun d'entre vous ne sait même ce que vous êtes !

Humilitas

Ego cum meis sodalibus bene scio quod tu es ille antiquus dracho qui super summum volare voluisti - sed ipse deus in abyssum proiecit te.

Virtutes

Nos autem omnes in excelsis habitamus.

Humilitas

Ego, Humilitas, regina Virtutum, dico: venite ad me, Virtutes, et enutriam vos adquirendam perditam dragmam et ad coronandum in perseverantia felicem.

Virtutes

O gloriosa regina, et O suavissima mediatrix, libenter venim

Humilitas

Ideo, dilectissime filie, teneo vos in regali talamo.

Karitas

Ego Karitas, flos amabilis - venite ad me, Virtutes, et perducam vos in candidam lucem floris virge.

Virtutes

O dilectissime flos, ardenti desiderio currimus ad te.

Timor Dei

Timor Dei, vos felicissimas filis preparo ut inspicatis in deum vivum et non pereatis.

Virtutes

O Timor, valde utilis es nobis: habemus enim perfectum studium numquam a te separari.

Diabolus

Euge! euge! quis est tantus timor? et quis est tantus amor? Ubi est pugnator, et ubi est remunerator? Vos nescitis quid colitis.

Virtutes

Tu autem exterritus es per summum iudicem, quia, inflatus superbia, mersus es in gehennam.

Humilité

Mes camarades et moi savons très bien que tu es l'ancien dragon qui voulait voler plus haut que le plus haut : mais Dieu lui-même t'a précipité dans l'abîme.

Vertus

Quant à nous, nous habitons dans les hauteurs.

Humilité

Moi, Humilité, reine des Vertus, je dis : venez à moi, Vertus, et je vous donnerai l'habileté de chercher et de trouver la drachme perdue et de couronner celle qui persévère avec bonheur.

Vertus

Ô reine glorieuse, très douce médiatrice, nous venons volontiers.

Humilité

C'est pourquoi, mes filles bien-aimées, je garderai votre place dans la chambre nuptiale royale.

Charité

Je suis la Charité, la fleur de l'amour - venez à moi, Vertus, et je vous conduirai vers la lumière rayonnante de la fleur du bâton.

Vertus

Chère fleur, nous courons vers toi avec un désir ardent.

Crainte de Dieu

Moi, Crainte de Dieu, je peux préparer les filles bienheureuses à contempler le Dieu vivant sans en mourir.

Vertus

Ô Crainte, tu peux nous aider grandement : nous sommes remplis du désir de ne jamais nous séparer de toi.

Diable

Bravo ! Bravo ! Quelle est cette grande peur, et ce grand amour ? Où est le champion ? Où est celui qui remet le prix ? Vous ne savez pas ce que vous adorez !

Vertus

Mais toi, tu étais terrifié devant le Juge suprême, car, gonflé d'orgueil, tu as été plongé dans la géhenne.

Obedientia

Ego lucida Obedientia - venite ad me,
pulcherrime filie, et reducam vos ad patriam
et ad osculum regis.

Virtutes

O dulcissima vocatrix, nos decet in magno
studio pervenire ad te.

Fides

Ego Fides, speculum vite: venerables filie,
venite ad me et ostendo vobis fontem
salientem.

Virtutes

O serena, speculata, habemus fiduciam
pervenire ad verum fontem per te.

Spes

Ego sum dulcis conspectrix viventis oculi,
quam fallax torpor non decipit - unde vos, o
tenebre, non potestis me obnubilare.

Virtutes

O vivens vita, et o suavis consolatrix, tu
mortifera mortis vincis et vidente oculo
clausuram celi aperis.

Castitas

O Virginitas, in regali thalamo stas. O quam
dulciter ardes in amplexibus regis, cum te
sol perfulget ita quad nobilis flos tuus
numquam cadet. O virgo nobilis, te
numquam inveniet umbra in cadente flore!

Virtutes

Flos campi cadit vento, pluvia spargit eum.
O Virginitas, tu permanes in symphoniis
supernorum civium: unde es suavis flos qui
numquam aresces.

Innocentia

Fugite, oves, spurcias Diaboli!

Virtutes

Has te succurrente fugiemus.

Contemptus Mundi

Ego, Contemptus Mundi, sum candor vite.
O misera terre peregrinatio in multis
laboribus te dimitto. O Virtutes, venite ad
me et ascendamus ad fontem vite!

Obéissance

Je suis l'Obéissance rayonnante - venez à moi,
charmantes filles, et je vous conduirai vers votre
patrie et vers le baiser du Roi.

Vertus

Douce invocatrice, il est juste que nous venions à
toi avec la plus grande impatience.

Foi

Je suis la Foi, le miroir de la vie : dignes filles,
venez à moi et je vous montrerai la fontaine
jaillissante.

Vertus

Ô Sereine, semblable à un miroir, nous avons
confiance en toi : nous arriverons à cette fontaine
grâce à toi.

Espérance

Je suis la douce contemplatrice de l'œil vivant, moi
que nulle torpeur dissimulatrice ne peut tromper.
Ténèbres, vous ne pouvez obscurcir mon regard !

Vertus

Vie vivante, douce, consolatrice, vous surmontez
les flèches mortelles de la mort et avec votre œil
voyant, vous ouvrez la porte du ciel.

Chasteté

Ô Virginité, vous demeurez dans la chambre royale.
Comme tu brûles doucement dans les étreintes du
Roi, quand le Soleil brille à travers toi, ne laissant
jamais ta noble fleur tomber. Douce jeune fille, tu
ne connaîtras jamais l'ombre sur la fleur qui
tombe !

Vertus

La fleur des champs flétrit dans le vent, la pluie
l'éclabousse. Mais toi, Virginité, tu restes dans les
symphonies des habitants célestes : tu es la fleur
tendre qui ne se fanera jamais.

Innocence

Mon troupeau, fuyez les souillures du Diable !

Vertus

Nous les fuirons, si vous nous venez en aide.

Mépris-du-Monde

Moi, Mépris-du-Monde, je suis la vie ardente.
Ô état misérable et exilé sur terre, avec toutes
vos peines, je vous laisse partir. Venez à moi, vous
Vertus, et nous monterons jusqu'à la fontaine de vie
!

Virtutes

O gloriosa domina, tu semper habes certamina Christi, o magna virtus, que mundum conculcas, unde etiam victorioso in celo habitas.

Amor Celestis

Ego aurea porta in colo fixa sum: qui per me transit numquam amaram petulantiam in mente sua gustabit.

Virtutes

O filia regis, tu semper es in amplexibus quos mundus fugit. O quam suavis est tua dilectio in summo deo!

Disciplina

Ego sum amatrix simplicium morum qui turpia opera nesciunt; sed semper in regum regem aspicio et amplector eum in honore altissimo.

Virtutes

O tu angelica socia, tu es valde ornata in regalibus nuptiis.

Verecundia

Ego obtenebro et fugo atque conculco omnes spurcias Diaboli.

Virtutes

Tu es in edificatione celestis Ierusalem, florens in candidis liliis.

Misericordia

O quam amara est illa duricia que non cedit in mentibus, misericorditer dolori succurrens! Ego autem omnibus dolentibus manum porrigere volo.

Virtutes

O laudabilis mater peregrinorum, tu semper erigis illos, atque ungis pauperes et debiles.

Victoria

Ego Victoria velox et fortis pugnatrix sum - in lapide pugno, serpentem antiquum conculco.

Virtutes

O dulcissima bellatrix, in torrente fonte qui absorbit lupum rapacem - o gloriosa coronata, nos libenter militamus tecum contra illusorem hunc.

Vertus

Glorieuse dame, toi qui combats sans cesse pour le Christ, ô grande puissance qui foules le monde sous tes pieds, tu résides ainsi au ciel, victorieuse.

Amour céleste

Je suis la porte dorée fixée au ciel : quiconque passe par moi ne connaîtra jamais l'amertume de la rébellion dans son esprit.

Vertus

Fille royale, tu es retenue dans les étreintes que le monde fuit : combien ton amour est tendre dans le Dieu suprême !

Discipline

Je suis celle qui aime les voies innocentes qui ne connaissent rien d'ignoble ; je contemple toujours le Roi des rois et, comme mon plus grand honneur, je l'embrasse.

Vertus

Compagne angélique, comme tu es belle dans les noces royales !

Modestie

Je couvre, chasse ou piétine toutes les souillures du Diable.

Vertus

Tu participes à la construction de la Jérusalem céleste, qui fleurit parmi les lys resplendissants.

Miséricorde

Quelle amertume dans l'esprit humain que cette dureté qui ne s'adoucit pas et n'apaise pas miséricordieusement la douleur ! Je veux tendre la main à tous ceux qui souffrent.

Vertus

Mère incomparable des exilés, tu les élèves toujours et tu oins les pauvres et les faibles.

Victoire

Je suis la Victoire, les champions rapides et courageux. Je combats avec une pierre, j'écrase l'ancien serpent.

Vertus

Ô guerrier le plus doux, dans la fontaine brûlante qui a englouti le loup vorace - glorieux, couronné, avec quel plaisir nous combattons ce trompeur, à tes côtés !

Discretio

Ego Discretio sum lux et dispensatrix
omnium creaturarum, indifferentia dei,
quam Adam a se fugavit per lasciviam
morum.

Virtutes

O pulcherrima mater, quam dulcis et quam
suavis es, quia nemo confunditur in te.

Pacientia

Ego sum columpna que molliri non potest,
quia fundamentum meum in deo est.

Virtutes

O firma que stas in caverna petre, et o
gloriosa bellatrix que suffers omnia!

Humilitas

O filie Israhel, sub arbore suscitavit vos
deus, unde in hoc tempore recordamini
plantationis sae. Gaudete ergo, filie Syon!

Virtutes

Heu, heu, nos Virtutes plangamus et
lugeamus, quia ovis domini fugit vitam!

Querela Anime penitentis et Virtutes invocantis

O vos regales Virtutes, quam speciose et
quam fulgentes estis in summo sole, et
quam dulcis est vestra mansio - et ideo, o
ve michi, quia a vobis fugi.

Virtutes

O fugitive, veni, veni ad nos, et deus
suscipiet te.

Anima illa

Ach! ach! fervens dulcedo absorbit me in
peccatis, et ideo non ausa sum intrare.

Virtutes

Noli timere nec fugere, quia pastor bonus
querit in te perditam ovem suam.

Anima illa

Nunc est michi necesse ut suscipiatis me,
quoniam in vulneribus feteo quibus antiquus
serpens me contaminavit.

Virtutes

Curre ad nos, et sequere vestigia illa in
quibus numquam cades in societate nostra,
et des curabit te.

Discrétion

Je suis la Discrétion, lumière et modératrice de
toutes les créatures, l'impartialité de Dieu, qu'Adam
a chassée en agissant de manière déraisonnable.

Vertus

Ô mère la plus belle, comme tu es douce, comme tu
es douce ! En toi, personne ne peut être confondu.

Patience

Je suis le pilier qui ne peut jamais céder, car ma
fondation est en Dieu.

Vertus

Toi qui restes ferme dans la caverne rocheuse, tu es
le guerrier glorieux qui endure tout.

Humilité

Filles d'Israël, Dieu vous a élevées de sous l'arbre,
alors souvenez-vous maintenant comment il a été
planté. Réjouissez-vous donc, filles de Jérusalem.

Vertus

Hélas, hélas, lamentons-nous et pleurons, car la
brebis de notre maître s'est enfuie de la vie !

Âme, se lamentant, repentante et appelant les Vertus

Ô Vertus royales, comme vous êtes gracieuses,
comme vous êtes brillantes sous le soleil le plus
haut, et comme votre demeure est délicieuse, et
donc, quel malheur est le mien de m'être enfuie loin
de vous !

Vertus

Toi qui t'es enfuie, viens à nous, et Dieu te
reprendra.

Âme

Ah, mais une douceur brûlante m'a engloutie dans
les péchés, alors je n'ai pas osé entrer.

Vertus

N'aie pas peur et ne fuis pas : le bon Berger cherche
sa brebis perdue, c'est toi.

Âme

Maintenant, j'ai besoin de votre aide pour me
relever - je pue des plaies que le serpent ancien a
rendues gangreneuses.

Vertus

Cours vers nous, suis ces pas où tu ne trébucheras
jamais, en notre compagnie ; Dieu te guérira.

Penitens Animo ad Virtutes

Ego peccator qui fugi vitam: plenus ulceribus veniam ad vos, ut prebeat michi scutum redemptionis. O tu omnis militia regine, et o vos, candida lilia ipsius, cum rosea purpura, inclinate vos ad me, quia peregrina a vobis exulavi, et adiuva me, ut in sanguine filii dei possim surgere. O Anima fugitiva, esto robusta, et indue te arma lucis.

Anima illa

Et o vera medicina, Humilitas, prebe michi auxilium, quia superbia in multis viciis fregit me, multas cicatrices michi imponens. Nunc fugio ad te, et ido suscipe me.

Humilitas

O omnes Virtutes, suscipite lugentem peccatorem, in suis cicatricibus, propter vulnera Christi, et perducite eum ad me.

Virtutes

Volumus te reducere et nolumus te deserere, et omnis celestis militia gaudet super te - ergo decet nos in symphonia sonare.

Humilitas

O misera filia, volo te amplecti, quia magnus medicus dura et amara propter te passus est.

Virtutes:

O vivens fons, quam magna est suavitas tua, qui faciem istorum in te non amisisti, sed acute previdisti quomodo eos de angelico casu abstraheres qui se estimabant illud habere quod non licet sic stare; unde gaude, filia Syon, quia deus tibi multos reddit quos serpens de te abscidere voluit, qui nunc in maiori luce fulgent quam prius illorum causa fuisset.

Diabolus

Que es, aut unde venis? Tu amplexata es me, et ego foras eduxi te. Sed nunc in reversione tua confundis me - ego autem pugna mea deiciam te!

Penitens Anima

Ego omnes vias meas malas esse cognovi, et ideo fugi a te. Modo autem, o illusor, pugno contra te. Inde tu, O regina Humilitas, tuo medicamine adiuva me!

Âme, pénitente, aux Vertus

Je suis le pécheur qui a fui la vie : couvert de plaies, je viendrai à vous - vous pouvez m'offrir le bouclier de la rédemption. Vous tous, guerriers de la reine Humilité, ses lys blancs et ses roses cramoisies, penchez-vous vers moi, qui me suis exilé de vous comme un étranger, et aidez-moi, afin que je puisse me relever dans le sang du Fils de Dieu. O Âme fugitive, sois forte maintenant : revêts-toi de l'armure de lumière.

Âme

Et toi, véritable remède, Humilité, accorde-moi ton aide, car l'orgueil m'a brisée dans de nombreux vices, m'infligeant de nombreuses cicatrices. Maintenant, je m'enfuis vers toi - alors accueille-moi !

Humilité

Vous toutes, Vertus, relevez cette pécheresse affligée, avec toutes ses cicatrices, au nom des blessures du Christ, et amenez-la à moi.

Vertus

Nous voulons te ramener - nous ne t'abandonnerons pas, toute l'armée céleste se réjouira de toi : il est donc juste que nous fassions retentir notre musique.

Humilité

Ô fille malheureuse, je veux t'embrasser : le grand chirurgien a souffert des blessures dures et amères pour toi.

Vertus

Sources vivantes, quelle est ta douceur : tu n'as pas rejeté le regard de ceux qui te regardaient - non, tu as prévu avec acuité comment tu pouvais les détourner de la chute des anges, eux qui pensaient posséder un pouvoir qu'aucune loi n'autorise. Réjouis-toi donc, fille Jérusalem, car Dieu te rend beaucoup de ceux que le serpent voulait t'arracher, qui brillent maintenant d'un éclat plus grand que celui qu'ils auraient eu auparavant.

Diable

Qui es-tu ? D'où viens-tu ? Tu étais dans mes bras, je t'ai conduit dehors. Pourtant, maintenant, tu reviens, me défiant - mais je te combattrai et te renverserai !

Âme, pénitente

J'ai reconnu que toutes mes voies étaient mauvaises, alors je t'ai fui. Mais maintenant, trompeur, je te combattrai face à face. Reine Humilité, viens avec ton remède, aide-moi !

Humilitas ad Victoriam

O Victoria, que istum in cela superasti, curre cum militibus tuis et omnes ligate Diabolum hunc!

Victoria ad Virtutes

O fortissimi et gloriosissimi milites, venite, et adiuuate me istum fallacem vincere.

Virtutes

O dulcissima bellatrix, in torrente fonte qui absorbit lupum rapacem - o gloriosa coronata, nos libenter militamus tecum contra illusorem hunc.

Humilitas

Ligate ergo istum, o Virtutes preclare!

Virtutes

tua in omnibus adimplebimus.

Victoria

Gaudete, a socii, quia antiquus serpens ligatus est!

Virtutes

Laus tibi, Christe, rex angelorum!

Castitas

In mente altissimi o Satana, Caput tuum conculcavi, et in virginea forma dulce miraculum colui, ubi filius dei venit in mundum; unde deiectus es in omnibus spoliis tuis, et nunc gaudeant omnes qui habitant in celis, quia venter tuus confusus est.

Diabolus

Tu nescis quid colis, quia venter tuus vacuus est pulchra forma de viro sumpta - ubi transis preceptum quod deus in suavi copula precepit; unde nescis quid sis!

Castitas

Quomodo posset me hoc tangere quod tua suggestio polluit per immundiciam incestus?
Unum virum protuli, qui genus humanum ad se congregat contra te; per nativitatem suam.

Humilité à Victoire

Ô Victoire, toi qui as autrefois vaincu cette créature dans les cieux, cours maintenant, avec toute ta soldatesque, et vous tous, liez ce démon !

Victoire à Vertus

Ô guerriers les plus courageux et les plus glorieux, venez m'aider à vaincre cet être trompeur !

Vertus

Ô doux guerrier, dans la fontaine brûlante qui a englouti le loup vorace, glorieux et couronné, avec quel plaisir nous combattons ce trompeur, à tes côtés !

Humilité

Liez-le donc, ô Vertus resplendissantes !

Vertus

Exécutez vos ordres jusqu'au bout.

Victoire

Camarades, réjouissez-vous : l'ancien serpent est lié !

Vertus

Loué sois-tu, Christ, Roi des anges !

Chasteté

Dans l'esprit du Très-Haut, Satan, j'ai foulé ta tête, et sous une forme virginale, j'ai nourri un doux miracle lorsque le Fils de Dieu est venu au monde ; c'est pourquoi tu es abattu, avec toutes tes erreurs, et maintenant, que tous ceux qui habitent au ciel se réjouissent, car ton ventre a été confondu.

Diable

Tu ne sais pas ce que tu nourris, car ton ventre est dépourvu de la belle forme que la femme reçoit de l'homme ; en cela, tu transgresses le commandement que Dieu a imposé dans le doux acte d'amour ; tu ne sais donc même pas ce que tu es !

Chasteté

Comment tes paroles pourraient-elles m'affecter ? Même ta suggestion les souille de sa grossièreté. J'ai donné naissance à un homme qui rassemble l'humanité autour de lui, contre toi, par sa naissance.

Virtutes

O deus, quis es tu, qui in temet ipso hoc magnum consilium habuisti, quod destruxit infernalem haustum in publicanis et peccatoribus, qui nunc lucent in superna bonitate! Unde, O rex, laus sit tibi. O pater

omnipotens, ex te fluit fons in igneo amore, perduc filios tuos in rectum ventum velorum aquarum, ita ut et nos eos hoc modo perducamus in celestem Ierusalem.

[Procession]

In principio omnes creature viruerunt, in medio flores floruerunt; postea viriditas descendit. Et istud vir preliator vidit et dixit:

Hoc scio, sed aureus numerus nondum est plenus. Tu ergo, patrum speculum aspice: in corpore meo fatigationem sustineo, parvuli etiam mei deficiunt.

Nunc memor esto, quod plenitudo que in primo facta est arescere non debuit, et tunc te habuisti quod oculus tuus numquam cederet usque dum corpus meum videres plenum gemmarum. Nam me fatigat quod omnia membra mea in irrisorem vadunt. Pater, vide, vulnera mea tibi ostendo.

Ergo nunc, omnes homines, genua vestra ad patrem vestrum flectite, ut vobis manum suam porrigat.

Vertus

Qui es-tu, Dieu, qui as tenu en toi un si grand conseil, un conseil qui a détruit le projet de l'enfer chez les publicains et les pécheurs qui brillent désormais dans la bonté paradisiaque ! Louange à toi, Roi, pour cela ! Père tout-puissant, de toi a jailli une fontaine d'amour ardent : guide tes enfants vers un vent favorable, naviguant sur les eaux, afin que nous aussi, nous puissions les diriger ainsi vers la Jérusalem céleste.

[Procession]

Au commencement, toute la création était verdoyante, des fleurs s'épanouissaient au milieu d'elle ; plus tard, la verdure s'est évanouie. Et le champion a vu cela et a dit :

« Je le sais, mais le nombre d'or n'est pas encore complet. Toi donc, contemple-moi, miroir de ta paternité : dans mon corps, je souffre d'épuisement, même mes petits s'évanouissent. Souvenez-vous maintenant que la plénitude qui a été créée au commencement n'avait pas besoin de se dessécher, et que vous avez alors décidé que votre regard ne se détournerait jamais avant d'avoir vu mon corps couvert de bijoux. Car cela m'épuise que tous mes membres soient exposés à la moquerie : Père, contemplez, je vous montre mes blessures. »

Alors maintenant, vous tous, agenouillez-vous devant le Père, afin qu'il vous tende la main.